

AK. 239.

Z c  
1627

ΓΑΜΗΛΙΑ  
SOLENNI NVPTIARVM FESTIVI-  
tati sacra  
**REVERENDI ET**  
**DOCTISSIMI VIRI IVVE-**  
nis, Dn: M. SAMVELIS, Ecclesiae  
Dei apud Hertzbergenses Archidia-  
coni fidelissimi.

**REVERENDI ET DO-**  
**CTISSIMI VIRI DN. DANIELIS CNVT.**  
**P.L. Pastoris olim Vbigae Vigilantissimi**  
**relecti Filij**

S P O N S I .  
E T  
PUDICISSIMAE PIENTISSIMAEQ;  
Virginis ANNAE,

D N.  
**NICOLAI COSVVIGII VIRI**  
Prudentissimi, consulis reipub. FIN-  
STERVVALDENSIS Dignissimi,  
Filiæ

S P O N S A E ,  
Celebratarum Finstervvaldæ V I. Calend. Martij.  
Anni æræ Christianæ M. D. C. I. Boni omnis  
ergo vota & dicata

A  
Collegis, cognatis civibus & amicis.  
VVittebergæ, Typis Zachariæ Lehmanni, M. D. C. I.



Μνημεροσιχον.

LVX Febr VI se offert qVarta & bIs Dena : teneLLæ  
CnVppIVs eCCe Annæ gaVDla rlté CVplt.

C. S. G.



ODE inventum  
**DE PRECE PRINCIPIVM, DE**  
*prece finis erit.*

**N**otis Consequimur prospera sanctius  
Eflusis : precibus tristia pellimus  
Longè ; nil sine votis  
Directa perages rota.

Hinc K N V P P I precibus nunc tibi opus pijs :  
Atquè hæ sunt mihi opus non minus , integrō  
Dum coniunctus amore  
Vnius tibi munij.

Es collega meus dum sacra munia  
Præstas , quæ merito Constituit suo  
C H I R S T V S ; rectius ista  
Votis non sine solvimus.

Nascatur soboles lucis ad orbitam  
Huius prosperius vota damus D E O :  
Vitæ terminus almus  
Per veras nisi fit preces.

Sanctas per preculas sana docebimus ,  
Sacri transigimus munia muneris ,  
Largæ gaudia messis  
Expectamus ab æthere.

Sic nunc Conjugij quæ nova munia  
Vrges , latus adis , prosperius , precum  
Sacratum officium non  
Extra suscipes benè.

A 2

Res

Res est grata Deo Conjugium pium,  
Res est grata Deo verba docentium  
Christi Coniugium, osor  
Huius nemo nisi Sathan.  
**O**sor Conjugij Papa nisi sacri,  
Et quos foedus amor turpius imbuīt,  
Lascivæ nisi carnis  
Sontes Coniugium improbant.  
**C**ommendat pietas, te, pia castitas;  
Sacra thalami poscis & approbas  
Dum foedus sociale  
Castæ virginis in sinu.  
Sed præter preculas numinis in Dei,  
**I**mo Christi hominis nomine rectius  
Fusas, Conjugij non  
Expectes, bona gaudia.  
**K**NVPPi principium de prece, terminus  
Fiat de prece, sic singula prospero  
Eventu tibi passim  
Contingent : prece te bees.  
**V**erum vota tuis nunc mea junxero.  
Successus tibi det prosperioribus  
Fatis CHRISTUS ab axe  
In cunctis tibi congruis.  
**D**ivinis tua mens ebria desuper  
Fiat muneribus, lumine Spiritus  
Sancti limina templi  
Salvus conspicias DEI.

COL



COLLEGIS Potius junctus amoribus  
Fidis, castra Dei munere munias

Sacrato officij pij

Et Puræ fidei bonis.

Sit mens una, fides, una locutio;

Hic passer latebras Invenit, hic locat

Nidum, veris amandi,

Ales nuncia gaudijs

Felix qui domui Perpetuò DEI

Hærens sic peragit munia sanctius,

Hujus vita, loquela

CHRISTO grata, beatior.

VIRGO quæ thalamos ingreditur tuos

Fortunet Sobolis te varijs rosis

Faustæ, præstet odorem

Hæc lætum tibi cum DEO.

Vos inter pia sit mens, amor integer,

Et Concordia vos candida prosperet:

Longævi hic, maneatis

Aeterni organa gaudijs.

M. Felicianus Clarus Pastor & Su-  
perattendens Hertzbergensis.

### ALIVD.

Elix ò nimium, felix Reverende Magister

Eximijs animi dotibus aucte tui.

Hinc quia te Sponsum, generis commendat ho-

Et mentis pietas, & socialis amor: (nestas,

A 3

Et

Et quia doctarum secatus castra sororum,  
Inde labore tuo præmia Parta tenes:  
Annatibi sacras quando iungetur ad aras,  
Ann a puellaris, flosq decusq Chori:  
Cuius forma decens, pietas, moresq pudici,  
Carminibus nequeunt, ceu meruere, cani:  
Natura poteras equidem compescere motus,  
Non animum laetit parva Cupido tuum.  
Sed quia Natorum te sancta cupido movebat,  
Stemmatis optasti semen habere tui.  
Sæpe libido pias non impedit anxiam mentes,  
Se rentur tali posse carere thoro.  
Cum tamen aspiciunt iuveniles crescere cætus,  
Vincit eas grata posteritatis amor.  
Hæc quoq te vincit, nec spe falleris inani,  
Est tibi natorum magna futura cohors.  
Quite suscipient, ceu parva ciconia patrem,  
Et tibi tum grando dulce levamen erunt.  
Teq imitabuntur cœlestia dona serentem,  
Ac spargent summi dogmata pura D E I.  
Quod super est: ihalami rata sint pia vincula vestri.  
Sit vester felix, & sine labe thorus.  
Annuat æthereo Christus de vertice cæli,  
Sic iubeat vestras pondus habere preces.

M. Martinus Am Ende Patriæ scholæ Hertz.  
bergensis moderator. AL IVD

**Σ**τὶ πολυπρέμνων ἐν λόχων γόποδαςκιος τὸν.  
 καμίην ὑπόλιθο τῆλε μάλιστρης.  
 ἐν ταύτῃ ἀφροδίτῃ ποτὲ θαλύσια γέξαν,  
 καθι ἐπεὶ ἔσκεν νομετάνδα πάλαι.  
 ἔθ' ἀγεληδὸν ἴδης ελάφων νεμάδιστε φέλαγγας  
 οἰκυπόδων, καὶ ἄλλας φῆρας ὄρεσινόμας.  
 τὴν δὲ ὄχεσφι διεκπεράν ποτὲ κνούππιος τὸν,  
 βλέψεν ἵαν νεμάδι, ἢ οἱ μὲν ἀρεοσε μόνη.  
 τύνεικα ἀμπιπελῶν προσίει δολιχόσκιον ἴον,  
 ἡδὲ ἐνίσκειλην, θῆρα τε εἴλει καλόν:  
 εἰλεν, ἐνέσκιμψεν: ιστυλήρυτον ὕπει γέεν αἷμα,  
 ὅπιαντη τὴν θῆρα πέσεν ἐνν.  
 Αὐτὰρ παρεπιθὼν ἐει θῆρ: ίνδαλετο κάρη  
 τάτῳ: πάρτα ἔρωτον ἦν ἀλασπός ἀνήρ.  
 δεξιόμενῷ δὲ Φυλὴ ἐρατίκιο τε καὶ εἶδος ἄμιμος  
 παρθένον ἔμιλν, ἐσν μίν πρὸς ἔειτεν ἵωθος:  
 εἰ μεῦ θαλωρῇ καὶ ἀγαλμα πολύλιτον: τὸν  
 εν σκοτίᾳ π μόνη, οξυπαδίητε βιοῖς,  
 πίλτερον ἔυπυξην τάσιν, ἦν αὖτις ἔπυξην,  
 ἦν ὅρει σὺ φανερῶ, ἄλσει ἢ σὺ σκιερῶ;  
 Ἀμπικο, ηειρύφαλον μᾶλλον, πλειτηντὸν αὐτο, δέγμιοι  
 οἰκε λαβόδοι, ἐμοὶ ἐι τόλιν ὄλθε ἄφαρ.  
 Ηρά: καὶ δέκι ἀπεπν ἀγαλλομένη χάρα, ἀνδρός  
 κραυτὸν ἔτετη ἀγαθῶ δέ περιβάσαι, πόρη.  
 μόρσιμῷ δι, ὅπι σκηνώμης εἰς αὖτις δυνήθης,  
 φῶτατὸν ἐι ἀμφιφανῆ ἐκ σηπίων ἀγάγει.  
 νυνὶ σέθεν δύναται μαλακώτερον ἀμφαφάσιαν  
 εν τάντης εὔδεις ἀγκαλίδεσσιν ὅταν.

μυνι

Νῦν ἔχεις πολλούτε μηνυματα διώτερου σπλάγχνος,  
 ὅτι ἔχεις μέτοχον παντὸς ἐπῆρον αὐχένα.  
 Βαίνετε δὴ γηθένον τες θαλαμήσιον ὄλυνη,  
 Μέλωετε, ὁρχηθμέττος παιγνετε ἡδύτερας:  
 Μολπήτ ὁρχηθεῖς τε γαρ εἰς αὐχένηματα δαιτός,  
 Εἰ μόνον εἰς τηρήν πᾶτα θεοῖο πέλει.  
 Διμφω ὀψὶ τέλος πηροῦ θανάτοιο ηθελύτης  
 Σφῶν διχόμητις ἀτῷ τῇ λεκκοὺς δίκιος Ἐρίς.  
 Ζᾶτε, μεχρὶ ψηλοῖστε νέρη, πολιοῖς γένεσον,  
 Φύετε πολλὸν δίσις τάκινα τε δᾶρει γάιμα.  
 Ζᾶτε ἄνδρα πακυτοῦ, ἀχθῶν τε κρυπτάλου, ὄλβον  
 Καὶ πλευτῶτε λίσια χρήματα πασαίμνοι.  
 Αὐτὰρ ἐπλιξίσαν δεὸς ὄλχωλητον, λέπαδνας  
 Δλυτα, οἱ ἐρωτούσιονε, ταῦτα ἔσθι.

Dr. Caspar Thilo art. med.  
 Candidatus.

A L I V D  
 eiusdem.

 Ponse tuam quænam cæpit sententia mentem,  
 Nulla hinc inde tibi ut virgo placere queat?  
 Litterulis saltem binis nisi nomina cuius  
 Conſtent, quæq; in ſe versa redire queant?  
 Scilicet hæc memori melius cum mente teneri,  
 Halitu & efferri parva minore queunt.  
 Ex multis igitur placet A N N A, quod omnia ſubſunt,  
 Respondent rebus nomina & illa ſuis.  
 Vertitur A N N A, & ſcītē versa reciprocat in ſe;  
 Ut redit in ſe, ſic dona favoris habet,

Com.

Commendent alias, irritamenta malorum,  
Quæ vel lucrosa merce parantur, opes.  
Forma bonum fragile est, multis commune: superbo  
Nil iuvat ac animo luxuriosa venus.  
Ambitio, fastus sunt execranda puellis:  
Nulla viro docto virga superba datur.  
Nec fulvæ sat sunt onerantes colla catenæ:  
Inconstans auro conciliatur amor.  
Verè condecorant nulla ornamenta puellas,  
Quam probitas, pietas, verus amorq; D E I.  
Huic dedit & genus & formam natura refertim,  
Cunctaq; virginibus quæ decori esse solent.  
Insuper & probitate nitet, pietate coruscat,  
Donis, quæ cunctis anteferenda bonis.  
Ex cunctis igitur placet ANNA, quod omine fausto  
Nomina, perpaucis litterulisq; cluunt.  
Principium nescis? finis te raro latebit,  
Dempta nisi cerebri tota medulla tibi.  
Arguta hæc sunt immemoris compendia mentis,  
Principio ignoto, finis ut admoneat.  
Sponse tuam quænam cæpere oblivia mentem,  
Nominis haud mgani quod meminisse potes?

B ALIVD.



שִׁירָה

בְּשֶׁמֶן קֹל שְׁשָׂון וְשֶׁמֶן  
וְקֹיל תְּפִנָּה בְּגַדְרָה וְכָלָה :  
וְאַתָּם בְּחֹרִים גַּם זְקִנִּים  
בְּתִholוֹת טוֹבוֹת עַס-גַּעֲרִים :  
לְמִפְנֵן אָמְרוּ טוֹבָה וְכָלָה  
וְיַדְגִּי לְרַב פְּאַתְּדִי הַנּוֹתָה :  
בְּאַרְקָה בְּרוֹךְ אַתְּ-אִישׁ בְּאַלִּים  
אֲשֶׁר יַבְטֵחַ לְבָרְכָת אַנְשִׁים :  
לְךָ טוֹבָה אַתָּה אִישׁ בְּכָלָה  
וְלֹךְ בְּתִמְתָּה הָאִישׁ יַקְרָבָה :  
וְאֵי פּוּעַל יַפְعֵל בַּי שְׁמוֹאֵל  
בָּרְכּוֹת שְׁמָה רְבּוֹת וְשֶׁסֶם-אַלְּכָה :  
פְּגַפֵּן פּוֹרִיחַ אַשְׁתָּה זֹעַם  
בְּבָרְכָת בְּיַחַד קַוֵּם בְּיַרְוֹם :  
שְׁתִילְיָה יוֹתִים בְּנוֹת וּבְנִים  
לְשַׁלְתָּנָה סְכִיב חֲסִירִים :  
רָאָה כַּי-כֵן בְּאָבָר יַבְוֹךְ  
יִרְאָה יְהָ קֹדֶשׁ רָוח וּמְלָאָה :  
וְאֵי פּוּעַל הַפְעֵל אַתְּ חַפְרָה  
יְהֻנָּה יַתֵּן לְךָ כָּל-חַנִּינָה :  
יְהִי לְכֶם עַשֶּׂר חֹן וּשְׁלוֹסָם  
בְּבִיתְכֶם רְצֹן אַחֲרָלְעָלָם :  
בָּרְכָה יְשַׁפֵּךְ יְהָ עַרְבָּכְלִי-רְבִי  
זְבָרָה נְפָשָׁוֹתְכֶם וְשְׁבִי :

Gregorius Cnuppius Hertzberg.  
— Saxo, Sponsi Patruus.

ALIVD.

A L I V D.



Paule patriæ Pater  
Et C N V P P I A E gentis decus  
O D A N I E L mystes pie  
Tu C N V P P I O R V M corculum:

Florebat olim splendide  
Hac vestra gemma: Consule  
Te, P A U L E , crevit Publica  
Res: Vna cura curia.

Te nominis semper D E I  
Amico & incolâ domus.  
O D A N I E L , Ecclesia  
Crevit , Salusq; floruit.  
Amittit at rosa ut suos  
Flores brevi: Prosapia  
Sic vestra languit nimis,  
Caduca forma, etas fugax.

Et in rosetis ut comas  
Sol ortus acer explicat:  
Sic C N V P P I I vestra come  
Florere pulchrè nunc amant.  
Nam C N V P P I V S , C H R I S T O duce,  
Dicit Domum puellulam:

B 2

Hoc

Hoc, floret hæ rosa, auspice.  
Serum nihil, verum quod est.

Iam Paule, iam tu Daniel

Omnis simulq; CNV PPII  
Estis beati: dat DEVS  
Rosa ut comet post funera.

Beatus es, mi SAMUEL,

Qui Sponsus ornas CNV PPIV M  
Decus: DEVS te softitet  
Bonis, tuam prole & domum.

Iunxit DEVS, servet DEVS,

Huic CNV PPIO pio piam  
Nuptam: DEI quò gloria  
Crescat, decusq; Ecclesie.

Philippus Seehausen Hertzbergæ:  
ab hospitibus.

#### A L I V D

**R**istiis Riphæis Boreas Spirabat ab antris,  
Nixq; pruinosa cana tegebat humum.  
Velivolus glacie concreverat undiq; Pontus,  
Horrebant rigido prata polusq; gelu.

Fama ibat tacitum tibi Knuppi ignescere pectus,  
Imaq; flagrantes vrere corda faces.

Mirabar! causamq; huius fervoris auebam  
Noscere, rimanti garrula fama refert.

Virginis

Virginis in medio exortum tibi frigore sydus  
Inflammans æstu pectora casta pio.  
Quodq; subire pares sacrati limina templi,  
Firmatum casti fœdera casta tori.  
Laudo propositum: superum prece adibo parentem,  
Sospitet ut castum pronubus Ipse torum,

*Casparus Crugerus Finsterwald-  
densi Sponsæ agnatus.*

A L I V D.

**E**lix ille animi, qui castam ducit ad aram  
Sponsam, nec spernit connubiale iugum:  
Numen enim cælestè homines non vivere so-  
lissit, at uxorem iunxit amore viro. (los)  
Ergo tua Excelso connubia KNVPP probantur,  
Omine felici qua celebranda capis.  
Quare, Sponse, tibi cum Sponsagrator honoris  
Augmina, qua cæli Rector in arce dedit.  
Ut Sobolem spectes & mente & corpore pulcram  
Ex opto mensam cingere, Sponsa, tuam:  
Quilibet ut vestrum numeret Tithonia secla,  
Nec non sit varia prole beata Domus.

*Iohannes Cosviginus Hainensis  
Sponsæ patruelis.*

B 3

ALIVD.

# ALIVD.

Echarumq; ita Numinis supremo,  
Ut solitibi cuncta largiatur;  
Quæ vix, vita mihi laboriosa hæc  
Dum concessa fuit, magis secundâ  
Aurâ ulli bona contigisse vidi.  
Nam postquam Aonidum novena turba  
Svasu non sine Dædalæ Minervæ  
Pridem fronde comas perire nunquam  
Gnarâ, at perpetuum virere cinxit:  
En tunc protinus in locum vacantem  
Cvbae prius infimi Ministri  
Sacrorum, lue noxiâ peremti,  
Quanquam cum gemitu pientiorum;  
Consensu patriæ patrum vocâris,  
Ut vestigia, cuius institisti,  
Illum gnaviter Ex primas docendo  
Vivendoq; decentiore ritu.  
Nec Fortuna pedem hîc refert refixum:  
Sed præter reliqua haud cuiq; scriptis  
Evulganda, etiam favente Amoris  
Pinnati genitrice, vix puellam.  
Seu sit Penelopea Vlytis uxor,  
Seu Lucretia, quæ scelus tyranni,  
Quod pervim intulit, ense vindicavit;  
Formæ, laudeq; castitatis ulli  
Cedentem, sociam tori jugalis

Adiungit

Adiungit tibi copulâ æviternâ.  
Hanc divinitus ut datam arbitraris  
Verè, sic quoq; ames amore puro:  
**A N N A** id basia sæpius petita  
Reddendo graphicè, subindicabit.  
Dextrâ sic animoq; utrinq; iunctis  
Vobis, dante D E O , propago multa ,  
In quâ vivere perpetim potestis ,  
Prodibit , locuples amoris index.  
Id quod det D E V S ut brevi, precantur  
**C**onvivæ pariter novis maritis.

Christophorus Albertus Hertzbergensis.

*A L I V D.*

**S**I fas Numinibus dare verba precantia vestris  
A önidum proles ; anchora sacra mihi.  
**M**uneris hoc fuerit nostris succurrere cæptis ,  
Vt minimè voces ventus & aura ferant.  
**E**n nobis I V V E N I S fraterno fædere iunctus  
L ege subit sanctâ fædera casta tori.  
**C**ui decet ut socias gratemur carmine tædas :  
N amq; animæ semper pars mihi magna fuit.  
**V**ade igitur mea Musa & fausta precare M A G I S T R O :  
P roveniant eius commoda mille tori.  
**P**rotinus ac A N N A E , præclaro Consule natæ ,  
I pse finat votis pondus inesse D E V S .  
**V**t, veluti gravido florent in palmitæ gemmæ :  
S ic vigeat multo clara nepote domus.

Christophorus Schachtebe-  
kius , Göttingensis.

Zc 1627 OK.

107

m.c



AK.239.

